

ULTIMA VERBA  
*Meritisimo Vratislav. Theologo*  
**M. Johanni**  
**Paricio,**  
Magdalenei ibidem Templi  
Archi-Diacono & Seniori benè  
emerito,  
ab  
*Amicis & Fautoribus*

*quos*  
Ipse Vivus, & post mortem hæ-  
redes habuere,  
*Testandi affectus ergò*  
*ipso sepulture die 22. Nov. an. 1644.*  
**DICTA.**

---

BRESLÆ,  
Exprimente GEORGIO BAUMANNO.

**E**

Elix cui longam divino munere  
vitam.  
Ducere concesum est, & benē  
posse mori.  
Fortunate Senex, Tibi tempora longa dederunt,  
Supremumq; pie claudere fata diem.  
Incipis æternum nunc vivere, jamq; receptus  
Cælo, animam demto gaudia fine capis,  
Gaudia quæ non est animo comprehendere, gratis  
Quæ Deus Electis præparat Ipse suis.  
Tempus erit corpus redivivum quando resurget,  
Interea placidâ hîc in requiete cubet.

ANDR. LANGIUS Illust. Princip.  
Ligio Bregens. à Consil.

Cum senio, morboq; premente PARICUS ille  
Extremum Vitæ non procul esse diem.  
Sentiret, nec in Orbe diutius esse manendum.  
Esse relinquenda & cuncta caduca aliis:  
Symbolici dicti, FLAT DIVINA VOLUNTAS.  
Admonitus, fiat nobile velle DEI  
Dixit, & arbitrio divino seq; suosq;  
Cum desiderio tradidit ante Obitum.

In votis

In votis habuit ne morbus tangeret ipsum.  
Longinquus, fieret vel diuturna lues.  
Annuit Omnipotens, ultrò per vota vocatus  
Emeritum ex vita sustulit absq; morsa.  
Gratulor Emerito, vivat, bona fama celebret.  
Emeritum, nullis emoritura modis!

BARTHOLOMÆUS Willenberger  
de Willenberg U. J. D. anno æta.  
tis 70. complet. Doctoratus 40.

Vita hæc infernus, torqueri vivere, Mundus  
Improbis ipse Satan. Quid nocet ergo mori?  
Mors pia quid? Somnus, transacti pausa laboris  
Terra quid est? lectus. Quām juvat ergo mori.  
Quām benē tecum actum Qui per tota lustra labo.  
Clausisti placidâ lumina morte senex. (rum  
Dormi securus. Mundi nox atra recedet.  
Recludet melior lumina clausa dies.  
Sanctæ dies, æterna dies, non conscientia noctis  
Hac surges juvenis, non moriere senex.

deproperabat  
DANIEL WINCLERUS D.  
Ill. Principis Lignicensis Medicus  
Cubicularius.

Reverendus Senex moriturus  
Hæredes suos affatur.

A 2

Quod

**Q**uod fateor, Nec vos omnes, nec semper amavi,  
Ceu Patrem, Avum, Sacerorum fas adamare suos.  
Sic aut justam odii causam peperere molesti,  
Quandoq; in vobis quæ placuere minus:  
Aut, quia natus homo fueram ad peccamina promus,  
Hic poteram humani fortè quid' ipse pati.  
Nunc, quia quem cursum dederat mihi JOVA peregi,  
Quam vitæ-Sol hic, occidat ira prius.  
Vos amo: si qua fuit, posita est ex mente similitas:  
Quodcunq; à nobis; CHRISTE, remitte nefas.  
Vos modò præ cunctis superum colitote Parentem  
Vis concors animos cura secunda liget.  
Sic vobis à me quæ copia cung; relicta est,  
Hanc fortunabit Numinis ipse favor.  
Quod si etiam cadit hæc in mentes cura solutas,  
Iræ me poterit pœnituisse mæ.

M. ELIAS MAJOR P. L. C.  
Gymnasi Vratislav. Elisabetani  
Rector & Professor, cæterarumq;  
ibidem Scholarum Inspector.

**I**n genium, virtus, Pietas post funera vivunt,  
In scriptis vivax Doctorum Fama putatur.  
Est non-defuncto similis, qui pignora post se  
Conjugii linquit, nomen laudes q; paternas  
Quæ referunt famamq; sonant, & avum venerantur,  
Et Socero, quantum pote, curant semper honores.  
Vivit sic quamvis defunctus munere vitæ

Paricius,

Paricius, quondam qui sacrae Presbyter Aedis  
Magdaleæ, Pacem per Christi vulnera natus,  
Ipse satur vitæ, morbi satur, atq; malorum.  
(Quæ sat multa mali mundi vehit alta senectus)  
Mortuus in Domino jam molliter osa quiescit.

Memoria,

sui

Quondam Dni. Collegæ

&

in Archidiaconatu Magdalenenſi

Antecessoris

hec app.

JOHANNES KURZMANN Vratisl.

in Ecclesia patria ad D. Mar. Magd.

Archidiaconus & Senior,

**S**iè tandem morimur! Quo longius absumus ortu;

Hoc spacio Letum nos propiore manet.

Qui septem Decadas, junctæ cum Tetrade, vixti,

Præco DEI, tacito, quæ loquor, ore probas.

Vidisti Senior stantem, præ Limine, Mortem,

Passus & immritis Tela cruenta Manus.

Quid tum? nil nocuit Tibi Mors: quin profuit ictu.

Non, nisi quem sua Mors icivit, ad astra venit.

Nec potuere tuam violare voluntia famam.

Tela: manes, & post funera, Paricius.

Sunt satis os & mos totam celebrata per urbem.

Qui bonus, ore docet, dogmata more probat.

Cujus

A 3

Cujus Oves Verbi pavisti gramine, Judec  
Vivere dilectas Tesinat inter Oves!  
Ultimi honoris & memorie ergo  
faciebat Fautor & Amico  
M. HENRICUS CLOSIUS  
Gymnasi Magdaleni. Rector.

PARICUS SERVUS Christi, qui Numine plenus,  
Dissolvi cupio: sic ait emoriens.  
Nam mihi mors Somnus: non illa, nec ulla, nocebit,  
Vita cui Christus, Mors cui Somnus erit.  
Scilicet in Christo, nitido transcriptus Olympo,  
Qui moritur, vivit, justificante Fide:  
O felix, tali quisquis medicamine vivit,  
O felix talis, cui datus est Medicus,  
Solo hoc Paricus Medico & Medicamine vivit:  
Ut percat mundo, non perit ille Deo.

Adfinitatis & honoris ergo  
scriptit  
M. JOHANN: JORDAN  
in Ecclesia patria ad D. Mar. Magd.  
Symmysta.

DISSOLVI CUPIO, CUM CHRISTO AC ESSE BEATUS  
PARICI<sup>o</sup> noster, cū Pa Ulo saepius, inter  
Plurima ad aeternum Patrem Suspiria, vovit;  
Nec vero frustra vovit, sed tempore primo  
Obtinuit latus, petiit quod corde gemente;

Nempe

Nempe quod ex Duro non tantū carcere vite,  
Sed quoq<sup>z</sup> lethifer I s à morbis corporis aegri,  
Atq<sup>z</sup> malo à quovi S tādem est verè ipse solut<sup>r</sup>.  
Nunc verò vivit CHRI S TO cū Rege supremo,  
Agmine cum sanct O ,cum charā Conjuge, cūq<sup>z</sup>  
Præmissā blandā B L ANDINA, & prole utriq<sup>z</sup>,  
Sexus, cœlesti in V itā, requies ubi grata est,  
Sunt & ubi crebri r I sus, & gaudia mille.  
PARICUM o nostrū nunc t E rg<sup>z</sup> quaterq<sup>z</sup> beatum.  
Quamvis ei mundus dare T auri pondera fulvi  
Omnia, negligeret c E rtē, nec fortè rediret.  
In mūndum immundū, mala S unt ubi millia, quibus  
Noctes atq<sup>z</sup> die S veræ pietatis amantes,  
A turba pravæ, v E xantur, partis & artis.  
Quare & displi C eant nobis mūdana, Deūq<sup>z</sup>  
Ut nos dissolvi c U pientes, sic quoq<sup>z</sup> solvat<sup>r</sup>,  
Cū Christo et Domino tāde M sinat esse, preeemur.  
Ex hac sic nobis la C hrymarum valle solutis,  
A nostris omnes lac H ryae abstergentur ocellis,  
Fundimus imme R ito quas non toties, mala  
Hic deploramus quot I es, obitumq<sup>z</sup> piorum, (secl<sup>a</sup>  
Amplexi magno suimu S quos semper amore.  
Et sic nos la T acapi mus gaudia mente,  
Gaudia, qua in c O eli Paradiso fine carebunt.  
Contestandæ debitæ opusπαθειας:  
ergo scribb.

JOHANNES TEUTSCHMANNUS Vratisl.  
Ecclesiaz Bernhardinaz in Neapol<sup>i</sup>  
Diaconus sen.

M. JOANNES

M. JOANNES PARITIUS

*avayegqua*

IT JUS, PARES ANIMO.

TRistia sunt Mortis JURA, & perdura potestas,  
In cunctos homines quos gerit orbis opus;  
Infecti quoniam cuncti sunt labe maligna  
Coguntur cuncti hæc JURA severa pati: *Rom. 5. v. 12.*  
Hinc mox THEILOGUS, mox firma columna SENATI  
Concidit, & diræ pœna fit, ecce, Neci; *(tus*  
Occubuit nostrâ benè dignus in Urbe SENATOR  
ATTELMEJERUS, dulcedecus Patriæ,  
It Jus Parcarum, Teq; ô pœclare PARITI,  
Evocat è vivis, ac jubet huncce sequi,  
Intrepido PARES ANIMO, mortemq; paratus  
Expectas, latus, cum SIMEONE, subis,  
Nunc rude donatus, Curis, Senioq; , solutus  
Cum CHRISTO vivis, cælica templa tenens.

*Lubens apponebat*  
CHRISTOPHORUS ALBINUS  
*Symmysta ad D. Bernhardini.*

•••••  
Nunc etiam SENIOR frigente PARITIUS urna  
conditus, exæctos clausit in orbe dies.  
Sic sunt res hominum. Tandem decedere, certum  
Communemq; Patrum quemlibet ire viam. (est;  
Cum Patre sarta meo Sophies acceperat olim,  
quæ vada Francorum docta Caterva colit.

Quæ,

Quæ, quanquam plures vitæ gestavit in Annos,  
quam cui lustra decem non superata, Pater:  
Deponenda tamen, ceu Patri, sertafuerunt,  
Et mutanda Hominum fluxa, virore DEI.  
Est aliquid, testes Studii, meruisse Corollas,  
Quæ Nobis Hominum texit honora Manus:  
Sed felix ille est, æterno vivere Regno  
Cui datur, & DOMINI pulchra Corona MANU?  
*Memoria causâ scr.*

M. VALENT. KLEINWECHTERUS  
Gymn. Magdal. Conrector.

Ecclesiæ postquam & tibi & tuis satis  
Supersuisti, canus annis & bonâ  
Celebritate, placidus emigrans solo  
Polum occupas, desiderasq; corporis  
Vincis onustis exui, & Christo inseri.  
Hinc, quem, PARICI, corde & ore sedulò  
Et credidisti & pœdicasti publicè,  
Te solvit, & cælo Quiritem consecrat.  
Hic nempe Christo militantium ast honos,  
DEUS hoc agalma servat asseclis suis.  
His ô senex beate, macte gaudiis,  
Deoq; fruere: stabile nil extra DEUM  
Est invenire, nil caducum cum DEO.

MATTHIAS MACHNERUS, Reipub.  
yratist. à Latinis expeditionibus & in Ju-  
dicio Orphanorum Notarius.

B

Amphi-

**A**mphitheatralis crudelia munera ludi  
Noscere quisquis aves, humanam respice vitam.  
Hæc fer a sanguine æspectacula præbet arena,  
Ecce tibi certat Satanas immanis agone  
Perpetuo: Frustra poscis diludia vivus,  
Pendula vibratæ jam fallax retia dextræ  
Intentat capiti, jam pugnat falce supinâ.  
Tu nisi subsidis diuinis cautus in armis  
Pugnator, gladioq; sacro scutoq; salutis  
Excipis occultos casscs dirumq; tridentem,  
Victima Plutoni cedes, uncq; traheris  
Ad Libitinensem portam faucesq; gehennæ.  
Et quamvis vicitus dæmon discedat arenâ,  
Non tamen iccirco cessat pugnare: recentes  
Instaurat luctas, Trecemq; subornat atrocem,  
Andabat asq; nigros, qui prælia cæca movebunt  
Et mirmillones sic fulgenti minantes,  
Nequitiæ in ludo tales quos nutrit ad usus.  
Post hos emitet Stygiarnm monstra ferarum  
Et scelerum Furias omnes, Erebiq; catervas.  
Si refugis pugnam, coget pugnare Secutor,  
Coget tam crudo gaudens certamine mundus,  
Pollice & inversa jugulare jubebit inermem.  
Ergo ne tristi possis succumbere luctæ,  
In statione datâ firmus persiste minasq;  
Orci frendentis Christi victricibus armis  
Frang: Fugam capiet Satanas Satanæq; Satelles.  
Tunc tibi monstrorum Domitori plaudet Olympus,  
Accipi-

Accipiesq; sacra sacra niceteria palma,  
Et rude donatus duro solveris agone.  
Tu quoq; Parit I melioris athleta duelli,  
Acrempugnabas pugnam virtute Jehovæ.  
Ancipiti gladio verbi cælestis Averni  
Urgebas turmas & voce potente premebas  
Tot scelerum pestes, Orci tot monstra reclusi.  
Tandem post multas palmas ex hoste relatas  
Te pulchrè emeritum Christus rudedonat, aitq;  
Dum caput incingit lauru' vîtrice beatum:  
Euge veni, bone serv'e, veni, lautumq; brabeum.  
Accipe, quod soli debent sperare fideles.

M. JOHANNES FECHNERUS.

Confectus Senio, lasfos PARICUS artûs  
Dùm trahit, & Cœlum supplice voce cupit:  
Christe veni, pie Christe veni, tibi junge fideles,  
Ex sacro dixi Codice, Christe veni.  
Vix repetitus ubi geminam sonus attigit aurem,  
Nixus ovat Christi justificante lytro.  
Et plenus CHRISTO, cum suspirante precatu,  
Cœlo, non Mundo, volt meliore frui,  
Quod petiit, DOMINO placuit: nam morte solutus,  
Cessit ad æthereæ regna beata plagæ.  
Liber ab exitio, peccati liber ab omni  
Servitio, misero liber ab Orbe, viget.

Post vietas Senii curas, lethigj procellas,  
In Cælo requiem fessa Senectat enet.

\*

ARA  
MEMORIÆ  
PARICIANIS MANIBUS  
præmisso hoc Epigrammate  
HONORIS & AMORIS  
indice

L. M. 2.  
posita

WOLGANGO STIRIO.

Ex stat fixa: mori debet, qui nascitur. *Istam*  
Inter Nos legem tollere nemo potest.  
Iste brevem, vitam longevam dicit at Ille:  
Sed venit ex aequo finis utriq[ue] suus.  
Vitam non quantam, sed qualēm ducere refert.  
Is deum felix, qui benè vixit, erit.  
Sitamen & Quantum pondus Bonitatis adauget,  
Bis Te felicem prædico, charē senex.  
Vixisti longūm, vixisti nec malē, cœu Nos,  
Quæ volitat, veri conscia Fama docet.  
Qui longūm vivit, longūm malaplurima suffert,  
Inde satur mundi latus obire solet.  
Qui malē non vixit, sed fidus munia fecit,  
Vita cælestis certus obire potest.

Haud

Haud ergò quimus tua funera affere, Parici,  
Talis qui linquis terrea, celsa petis.  
Gratiamnr potius cursum cum laude peractum,  
Et requiem, quā nunc cum Superis frueris.  
Hic tua multorum meritorum Fama manebit:  
Ilic, pro meritis, munera grata feres.

M. CHRISTOPH SCHULZ  
Gymn. Magdal. Collega.

Anni cūm facit alma parens Ecclesia finem,  
Et repetit textus ritè docendo sacros:  
Ac eadem quando meditatur; quomodo mundi  
Machina tota ruens tristia signa dabit;  
Salvator judex omnes quā voce vocabit  
Ante tribunal; quod judiciumq[ue] fereb.  
Emeritus senior tunc fata novissima claudit,  
Egrediens mundō tecta superna subit.  
Oh felix! hæc ultima qui meditando, fideli  
Cum populo, vitam finit & ipse suam.  
Hic verè ex coetu pugnanti latus abire,  
Atq[ue] triumphantem certus inire solet,

GEORGIUS HILLER  
Gymn. Magdal. Coll.

Pars dicenda Viri non ultima stemmate claro  
Nascier, officio fungier atq[ue] benē,  
Ducere longevam non re sine divite vitam,  
Et vidisse sui pignora adulta tori,

B 3

Quæ

Quæ mandata DEI capiunt, faciuntq; Parentum.  
Jusa, genusq; suum condecorare student.  
Virtute omnigena, vita pietate fideq;  
Artibus ingenuis, moribus atq; probis.  
Præcipue tali fungi quoq; munere, cuius  
Pars primum sibi in hoc vendicat orbe locum.  
Felix contingit cui copia tanta bonorum!  
Fama satis talem prædicat ipsa virum.  
Ast licet hæc homini contingent omnia, felix  
Ni foret & vita clausula, nulla forent.  
Illa Tibi venerande Senex jam contigit, una  
Que multum partes exsuperat reliquas.  
Multijugam in terris nunc sorte priore bonorum.  
Pars potior partem suscipit una Salus.  
Sæpè quidem potuit felix turbarier ante  
Quatenus in mundo vita vocata fuit;  
Illa sed ex toto nunc est felicior aſſe.  
Nam turbant vitam jam mala nulla tuam.  
Talem, Sancte Senex, cor, mens & lingua Bonorum  
Partem animæ, utq; cubent molliter ossa, uovent.  
Ex quibus & δοφύχως pr.  
DAVID PIGRITIUS Parchv.  
Gymn. Magdal. Coll.

---

MAGISTER JOHANNES PARCIUS, SENIOR,  
Anagramma  
EIA! AGE! MORS CHRISTI: NON RENUI: SAPIIS.  
Elaboratio  
Respiciens ad inscriptionem Epitaphii, quod vivus Ipse,  
ex marmore sibi fieri poniq; curavit.

Nulla,

Nulla, extra CHRISTUM requies: Sapientia nulla,  
PARCIUS Senior sat benè novit idem.  
Post exantlates, senio veniente, labores,  
In CHRISTO requiem quæsūt ergo sibi.  
EJA! AGE! Chare Senex! jam voti compos es: aptam  
Dùm Tibi MORS CHRISTI, in morte, dedit requie.  
NON RENUI mortem perquam modò mente capessō  
In CHRISTO requiem: Sic ais: Ergò SAPIIS.  
At SAPIIS in CHRISTO, requiemq; capessis in Ipso,  
Nec sapiet melius nec requiescat homo.  
Outinam saperet tandem quoq; Vulgus iniquum!  
Quæreret in CHRISTO sic requiemq; sibi!

\* \* \*

Distichon, Annum obitus Venerandi Senis, literis  
Arithmologicis, referens.  
Post e Xant Lato (ne Ce VIX frICante) Labores,  
In CHRISTO reqVIem qVI CapIt: ILLe sapIt.

Ossib. venerandi Senis, æternam re-  
quiem gratamq; precatus  
apponeb.  
GOTHOFREDUS HELWIGIUS B. S.

---

Qui vita satur exantlatorumq; laborum,  
Omnia dum nutant omnia dumq; ruunt.  
Debita naturæ solvit, mundoq; relicto  
In DOMINO moritur cum Simeone sene.  
Hunc meritò felicem dixeris, atq; beatum.  
Speras, qui speras CHRISTI in amore morti.

Id, Senior

*Id, Senior venerande, tibi jam contigit, ad se  
Cum vita saturum Te DEUS ipse vocat,  
Inj suo regno claro diademate cingit,  
Quo fidos servos cingere constituit.  
Hic bene qui certant, & vita qui bene cursum  
Absolvunt, veram qui tenuere fidem.  
O igitur felix, o terq; quaterq; beatus,  
Qui nunc in caelis hoc diadema geris!*

Honoratis. Seni scr.

ANDREAS DIBITSCH  
SS. Theolog. Studiosus.

*UT portum multis jactatus Navita ventis  
Quærit, & optatum non nisi littus adit.  
Pertæsus Mundi, Cœlestem figere sedem,  
PARCIUS misero sic voluit Senio.  
Tandem parta quies, quam suspiravit: Olympum  
Et sine fine tenet, laudat & ore DEUM.  
Sat vixit terris: tristes vos ite querellæ:  
,, Nulla salus Mundo, vita beata, Salus.*

In debitæ  
ut reverentia ita Sympathiaæ  
testimonium  
addebat

GEORGIUS STIRIUS.

Felix

*Felix es, venerande Senex, qui tristia mundi  
Dum moreris linquis, cœlica Regna petis:  
Fidus eras vivens verborum Mystra sacrorum  
Christi, Tu poteras commemorare DEUM.  
Ast vita satur es dum jam, satur atq; laborum,  
In Patris Abrahæ suscipere Ipse sinum..  
,, Te, Vita Mortisq; Deum, pie Christe precamur,  
,, In tua sic quoque nos Regna venire jube!  
Exequiis placide Defuncti  
addere voluit*

DAVID SCULPTUS  
Gymn. Elisab. Collega.

*W<sup>o</sup> hat der Schmerz ein Ende/  
Nu fühlen eure Hände/  
Und Rücken keine Pein:  
Nu kan euch niemandt kranken/  
Weil man euch thut versenden  
Ins Grab der Kutter ein:  
Der Leib wird sicher schlaffen  
Und achten keine Waffen  
Des Feindes auff der Welt  
Die Seele Gott gefelt.  
Gerr Vater/ Ihr gestorben  
Doch gantzlich nicht vertorben/  
Seid ihr der Geelen nach:  
Weil Christus euer Leben  
Dem ihr auch ganz ergeben*

Und

Und eure Lebens sach.  
Ihm gantzlich auch vertrauet/  
Drumb ihr die Frewd anschauet.  
Die niemals höret auff/  
G seelig ist der Lauff!  
Euch Jesus hülff gesendet/  
Zu dem ihr euch gewendet  
Habt Buß/aus dieser Welt/  
Lasset nur die Welt hie sagen  
Was sie wil: Eure Klagen  
Beendet sich/ ihr zelt.  
Im Himmel frewd'/ ohn end/  
Gott seinen Fried vns sende/  
Und führ vns gnädig hint/  
Wo Christ ist/ der Gewin  
Was ierdisch das vergehet,  
Was himlich das bestehet  
Habt überwunden schon  
Den Sathan/Welt und Sünden:  
Jetzt wird euch Christus binden:  
Zu Ehren diese Kron.  
Ob ihr gleich seit gestorben  
Doch ihr nicht gar vertorben  
Seid mit der Seel zugleich  
Die schwebt im Himmelreich.  
Euch Jesus hat von Sünden  
Bewaschen rein/wir finden  
Nur hülff in seinem Blute,

Das

Das euch hier Trost gegeben  
In eurem ganzen Leben  
Das ist der Seelen gute  
Die Welt die mag viel sagen:  
Was schadet? ewre Plagen  
Die hören auff/ wol an  
Die Seel sich freuen kan:  
Der Leib muß in der Erden  
Zu Staub und Aschen werden  
Die Seel im Himmel ist.  
Ihr habet überwunden  
Und rechten Trost gefunden  
Am end' euch Jesus Christ/  
Beholet aus dem Leben  
Und lasset euch schon schweben  
Wo alle Fronnen sein/  
Gott geben Ehr allein.  
Die Butter ihr anschauet  
Muff die ihr viel gebawet  
In eurem Ehstand hat/  
Ihr habet sie beklaget  
Wann euch der Stein geplaget  
Und sonst ein ander Schad.  
Sie war voran gegangen  
Sie wird euch nu empfangen  
Blandin und andre mehr/  
Sie geben Gott die Ehr.  
Ich kan euch Seelig preisen  
Weil ihr die Armen speisen

Go

So woltet auff der Welt.  
Ihr mustet auch stets streiten  
Mit Sathan in den Zeiten  
Und was sich zu ihm hest:  
Ihr aber überwunden  
Mit Gott und bald gefunden  
Den Sieg durch Jesum Christ.  
Der unser Heyland ist.  
Und eure Seele wehdet.  
Selbst Jesus/ und sie wehdee  
Zum trotz der falschen Welt  
Wir leben noch in Schmerzen  
Euch aber Gott selbst hertzen  
Thut gnädig/ das gefelt  
Den Außerwehlten Seelen  
Dort kan sie niemand quälen  
Wie hier geschahet wol  
Das ewer lust sein sol.  
Ihr sprecht: Ich mich ergetze  
In Gott/ sonst nichts mehr schätze/  
Weil ich nu Seelig bin.  
Laß Lästerer viel sagen  
Weil nun des Höchsten Wagen  
Ich hat geführt dahn  
Da meine Freunde schweben/  
Und Gott stets Ehre geben  
Das sol man glauben mir  
Ich seh' der Engel Pier.

Ich kann euch künlich glauben.  
Wein Vater/ denn so schreiben  
Thut Gottes Geist ja klar/  
Wer gläubet wenn er stirbet  
Den Himmel er erwirbet  
Und kommt zur Engelschaat.  
Ihr seid getauft ja worden  
Und kommen in den Orden  
Der Priester auff der Welt  
Nu Gott euch Lohn zustelt.  
Die Welt oft Priester tadeln/  
Ja wer ist so geadelt?  
Den nicht die Welt veracht?  
Hat sie nicht Christ geschmähet/  
Und seine Wort verdrähet/  
Doch Er das schlecht geacht.  
So acht ich nicht ihr sagen  
Weil Engel schon gepragten  
Wein Seel in Himmel ein/  
Wo Gott mein Lust allein?  
Ich gön' euch diese Freude  
Wein Vater. Jesus Weide  
Da ewig ewer Seel  
Er woll' uns bald nachführen  
Und ewig dorte zieren/  
Hier ist schlecht unser Stell;  
Ihr viel kein Wohnung haben/  
Und können sich nicht laben.

Bey dieser bösen Zeit  
Wo aller Handel leid?  
Ihr habet überwunden  
Und rechte Ruh gefunden.  
Kein Vater. Das ist wahr/  
Kein Feind euch mehr wird schaden  
Wir müssen täglich baden  
Im Kampff. Die Engel schützen  
Euch ewig wird begrüssen/  
Und alles ganz versüßen  
Weil ihr nu schwert Gott/  
So acht ihr keinen Spott.  
Euch Jesus selbst erworben  
Die Freude und ist gestorben  
Wacht euch von Sünden rein  
Nach ihr euch hat verlanget  
Und mit ihm ewig pranget  
Nu ewre Seel ohn Wein.  
Die Freude euch ewig bleibet  
Kein Feind davon euch treibet/  
Auch Gott aufzwecken sol  
Den Leib. Gehabt euch wol.

**Q**uando Parens serà finire Tempora morte,  
Hæc mihi Christiano; Mens meditanda dabit:  
Quam-mordace-diu tua fletu lumina turgent?  
Siste querelarum flumina, caussa subest,  
Scilicet exigit cœlo data munera vita  
Optatoq; Pater fine potius abit.

Sacra, animas hominum fervantis, dogmata verbi,  
Summā animas docuit dexteritate Gregis.  
Te quo Vir fieres, omni conamine juvit,  
Vir, trabe sub privâ, publicitusq; bonus.  
Quid? quod virtutis studium, & Pietatis amavit,  
Quo quid, quæsò Deo gratius esse potest?  
Nec mirum, si nunc Pater aeternantia vita  
Gaudia divino Numine plenus, agit.  
Et tu PARICI Commoto Pectoris antro  
Impatiens ausis funera ferre Patris?  
Quid vitam, sacra, TE, Pietatem, gaudia vita  
Exegit, docuit, juvit, amavit, agit.

P. Manes Parentis, Senio Confecti,  
ut Charissimi, ita honoratissimi  
moris & amoris, ergo cohonestare  
voluit, debuitq; F. natu minimus  
**THEODORUS PARICUS.**

**D**um narrant Vitæ, mortis dum facta Poëtæ,  
PARICUS, meritis quæ gesit, clarus & annis;  
Ustulat ignitæ Pietatis flamula mentem.  
Enostra poscit quoq; vilia carmina Musæ.  
Obsequor: ast animi Vis conturbata recludit  
Ingenii, Musis quæ præbent Carmina, vires,  
Dum nostræ est pars summa rei, Pater Ipse dolendus,  
Interea, Vitæ quod narret, mortis & actus,  
Dum meditor, cernet posthæc quod publica scriptū;  
Hæc sancto, quod Te legit addere verba sepulchro  
Fas fuit: Enposito si quis sub colle Viator.

Detactus

Detectus! quæris: fuerat mortal is, & actus  
Traduxit Vitæ peccando: Insignia Cujus  
Scutum ex osse Hominis, sunt, est & Casida mortis,  
Fabula quam pinxit, species malè torrida. Cernes  
Ipse quid es, magno qualis quoq; stemmate polles,  
Et quæ gessisti Vivus, conformia dictis  
Defuncti & factis ex omni parte fuisse.  
Hoc differt: mortis solvit stipendia corpus,  
Atq; animæ Vis tota DEI concedit Olympum;  
Quæ facienda Tibi restant. Sit cura sequare  
Defunctum, ad Dominum veluti præcessit adibis  
Sic cælum: moriens nam Christi ad vulnera cessit.

Qui

Avum habuit & vivum, & animam  
exhalantem amantisimum Sui  
memor filialis Obsequii

&

datae sponsionis deservandâ per  
scriptum publicum

M. JOHANNIS PARICII

memoria,

hac pro arrhabone inter  
lachrymas solvit interim

ANDREAS ASIEG,

ex Filia Nepos.

Rev. & Clariſ. Vir

M. JOHANNES PARICIUS &c.

natus est Bogischüzii in Ducatu Olsnensi

Calend. Decemb. Anni 1570.

De natu Vratisl. 17. Novemb. An Dom. 1644. Etatis 74 Ministr. 50,

• 10 (30)